

## Addit ad Covarruvias

Ibi: Sic etiam licitum erit.

61 Quando absque usurâ vel injustinâ labe posse vetus tricu datur, ut tantundem ex novo recipiatur tempore mesium colligendarum, vel alio; ex sequentibus assertioribus apparebit. Prima sit, frumentum vetus etiam pessimum justo pro novo in fururum solvendo permutatur, cum illud tantum valer traditionis tempore, quantum hoc, quando reddendum est, nam eti muruor melius frumentum recipiat, quam dedit, nihil amplius lucri consequitur, siquidem juxta communem aestimationem pro temporum diversitate tantum præstittit, quantum sibi restituitur.

Secunda, hæc ipsa permutatio similiter est permissa, si dubitetur, an novum frumentum plus, vel minus sit valitur tempore solutionis; quam verus, cum contrahitur; nam qui mutuat, lucro & damno se exponit; unde si faneca tritici veteris viginum cum traditur, communiter aestimetur, & dubium sit, num novum tempore ad solutionem destinato sedecim, aut viginti quatuor valebit? æquissimè de eadem quantitate tritici reddenda paciscitur; nam medium pretium eligi debet. Nec casibus istis requiritur, quod dominus vetus frumentum esset servatus necne; quia ea conditio solum desideratur, cum aliquid ultra pretium justum currens tempore contractus accipitur, eo quod res in futurum pluris venire potest, d.c. in Civitate.

62 Tertia, quoties certum est, frumentum novum pluris habendum, quam vetus, cum mutuantur, usurarium erit de restituendo tantundem pacisci.

Quarta, si probabilius sit plus valiturum frumentum solvendum, quam vetus mutuum in praesenti vendi possit, eodem modo usura committetur.

Quinta, si mutuator esset frumentum vetus servatum in aliud tempus, quo plus valeret, quam cum tradit, tanti aestimabitur, quanti tunc vendi possit, detracto aliquo, ratione periculi & expensarum, quas, si mutuaret, esset facturus; juxta quod computabitur, an novum frumentum plus vel minus valeat, quam vetus.

Sexta; usuram perpetrat, qui mutuat frumentum, ut tantundem cum pluris fuerit, sibi reddatur. Ita docent Bonac. disp. 3. q. 3. de mut. & usur. n. 19. 20. 21. 26. ubi plures. Rebell. lib. 8. q. 8. a. n. 6. Molin. disp. 311. Pet. Navar. d. lib. 3. c. 2. n. 26. Lef. d. lib. 2. c. 20. dub. 7. n. 152. Azor. part. 3. lib. 7. c. 7. q. 5. Navarr. in manual. c. 17. num. 224. Guttier. d. c. 39. a. n. 56. Cujus doctrina ex parte non placet, quatenus ad justitiam hujus contractus dicit attendendam qualitatem frumenti, & intentionem mutuantis: nam ut ex DD. allegatis colligitur, solum est inspicienda aestimatio ejus, quod mutuatur, & redditur, ut dignoscatur, in usuraris contractus sit, cum usura in eo consistat, ut quid pretio aestimabile ultra sortem propter mutuum accipiat: quod non contingit, cum utriusque frumenti idem est valor, eti plurimum inter se quoad qualitatem differant. Inde si mindis novum valiturum sit, quam vetus tempore contractus aestimatur, convenire licet, ut plures facie restituantur, quam mutuo fuerint acceptae, Guttier. n. 52. apud quem Medina, Contard. de contractib. q. 35. conclus. 5. Rebell. ubi proxime, Sylvest. verbo, Ujura. I. q. 16. Navar. d. c. 17. n. 22. Illud etiam adjicendum est, usurarium esse dare frumentum, ut certo tempore tantundem, vel pretium conventum prout maluerit qui mu-

tuat, reddatur; Dian. d. tract. 6. resol. 2. vers. n. 1. Rebell. d. lib. 9. q. 11. num. 12. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 11. diffic. 6. 3. Quæ diximus de frumento, sequè admittenda sunt de oleo, vino, & aliis; in quibus mutuum consistere potest, quia functionem recipiunt in genere suo, ut ait Consultus in l. 1. §. Mutui datio, ff. de reb. credit. De quibus novissimè Dicastill. Videndum d. lib. 2. tract. 10. disp. 2. dub. 2. per tot.

Ibi: Illud profectio latrociniis genus.

Vendere merces credita pecunia, ut eas iterum venditor minori pretio redimat ab emptore per se, vel per alium; improbum, ac execrabilis negotiatio genus est: Hispanè Mohatra, Italice Stochi è bistrochi, è repicollì, Gallicè v. nte, & reverente, nuncupatur, ejusque meminere, Guttier. num. 71. Rebell. d. ib. 9. quest. 7. num. 7. Bolan. d. cap. 1. num. 27. Navarr. d. cap. 17. num. 142. Trullench. suprà cap. 20. dub. 16. Azeved. in l. 22. num. 8. tit. 11. lib. 5. Recopilat. ubi Marienç glos. ult. Molin. disp. 310. ex n. 4. Cordub. in suis question. quest. 76. vers. L. secundo; Dicastill. disp. 2. dub. 13. a. n. 156. Leotard. d. quest. 24. n. 25. ubi plures Cardin. Lug. sup. disp. 26. num. 204. alii statim referendi: quod delictum improbat, ac coeretur, l. 29. tit. 4. lib. 3. & l. 22. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Cyriac. controvers. 169. num. 8. Caball. resolut. crimin. cas. 188. num. 7. part. 1. idem latrocinium admittunt qui merces ab egenis emunt exiguò pretio, ac postea, credita pecunia, carius ultra justum valorem eidem emptis revendunt. Leotard. cum alii, num. 26.

Aliquando tamen talis contractus non erit usurarius, sed licitus, si conditiones quædam adhibeantur. Prima quod cum primum merces venduntur, justum pretium non excedatur ob dilatationem solutionis. Secunda, ut idem serverit in re trovenditione: sic poterit mercator vendere pretio supremo, & infimo redimere absque usura, vel injusitia. Tertia, non debet apponi pactu primo emptori, ut iterum venundare mercatori teneatur. Quarta, quod cestet scadulum, quod ex hujusmodi conventionibus ori potest, cum sint de usura valde suspectæ, Bonac. d. disp. 3. q. 2. vñct. 3. n. 72. Diana. part. 1. tract. 8. resolut. 33. Molfes. in summ. tom. 2. tract. 12. c. 5. n. 11. Layman. in Theologia moral. lib. 5. scđt. 5. tract. 40. cap. 16. n. 16. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 9. cas. 8. Lef. d. cap. 2. num. 130. Dicastill. n. 157. 162. Card. Lug. sup. num. 206. Inde si mercator intentione sincera merces vendat ad creditum, permititur eas ab emptore redimere pro pretio, quo alii cuilibet justè venderentur, etiam multo minoris erat, quam vendidit Navar. in manual. c. 23. n. 91. Rebell. ubi suprà, Emman. Rodrig. in summ. tom. 2. q. 85. n. 9. ubi suprà, Emman. Rodrig. in summ. tom. 2. q. 85. num. 9. Sylvest. in summ. verbo, Ujura 2. q. 4. Garcia de contractib. cap. 22. pag. 597. Mascard. cod. tract. lib. 2. cap. 21. Guttier. de delict. q. 88. n. 3. De quo videoas, Card. Lug. n. 206. cum seqq. ubi docet intentionem redimendi merces viliori pretio, non effice hunc contractum illicitum. A quibus abstinentem ob periculum admonet Leotard. n. 28.

Ad Num. 7.

Vendens carius justo pretio ob dilatationem solutionis, usura reus fit; quemadmodum, & qui propter anticipatam solutionem vilius emit infra latitudinem justi pretii; nam eti absque mutuo usura reperi-

## Variar. Resolut. Lib. II. Cap. III.

reperi non possit, sub venditione mutuum virtuale, sive palliactum in his casibus continetur, quo & ipsa usura palliatur; nam vendor justum pretium 65 sub usuris in tempus solutionis censetur mutuare, & emptor anticipate pecuniam tradens, eam utique similiter dicitur mutuare, usu raroque nomine percipit, quod justo pretio admittit. Ita Bonac. d. quest. 3. de mut. & usu. punct. 1. n. 4. vers. Tacitum, Molin. disp. 313. Guttier. d. c. 39. n. 22. Deci. d. conf. 11. nu. 2. Abbas in d. c. in civitate, n. 6. Vgolin. de usur. c. 39. §. 1. 1. Sor. d. lib. 6. q. 4. art. 1. Ludovic. Lop. de contractib. lib. 1. c. 36. vers. Igitur jam expeditur, Pet. Navarr. d. c. 2. n. 13. 99. Azor. part. 3. lib. 8. c. 8. Cyriac. controvers. 169. num. 5. late Leotard de usur. q. 24. ex nu. 2. Cardin. Lug. scđt. 7. n. 104. vers. Quinto cœcum.

66 Ut autem contractus in foro exteriori usurarius judicetur, probare non sufficit, rem esse venditam, pecunia credita, supra justum pretium; vel infra illud, anticipata solutione, fuisse comparata; sed neceſſe est, quod constet, excessum, aut diminutionem justi pretii ob dilatationem, vel anticipationem solutionis contingere; cum sepe contrahentes, merce, & pretio statim tradito se circumvenire soleant; quod eti injustum sit ad usuram non pertinet: quare credens merces poterit aliquid sua industria, & arte ultra justum pretium extorquere; non quia si tem de pretio habet, sed quoniam ita convenienter est, ac si pecunia illico foret numeranda: quam se intentionem expressis textus in d. cap. in civitate, ibi: Licet autem contractus hujusmodi ex tali forma non possit censeri nomine usurarum. In foro vero anima, ex intentione contrahentis judicabitur, an usura fuerit communis; Guttier. n. 14. Abbas supra. nu. 5. Cyriac. d. controvers. 168. nu. 15. Cened. ad Decretal. 47. num. 3. Aug. Barbos. in collectan ad c. confituit, n. 5. de usur. Leotard. n. 18.

67 Quod quidem absque distinctione procedit, five res vendita in pondere, numero, vel mensura consistat, five non prout prefati DD. loquuntur, maxime Guttier. supra. a. n. 17. ubi Baldi. differentiatione pluribus fundamentis merito refellit, post Laurent. de Rudul. de usur. part. 2. in repetit. d. c. confituit, in q. opposit. n. 9. Deci supra. n. 1. in fine, & cons. 119. n. 13. Socin. cons. 88. nu. 12. 15. vol. 4. Dicastill. disp. 2. dub. 6. n. 66. Leotard. d. usur. q. 24. n. 10. licet Menchac. lib. 3. controv. usus frequent. c. 50. n. 5. & c. 60. n. 19. cum Ancharrano, & aliis. Baldum sequatur; usura enim in venditione non committitur circa rem venditam, sed circa pretium, in quo mutuum virtuale contrahitur, ut dictum est proxime: quare nihil interret, quid fuerit venditum, ut contractus usurarius censetur. Illud autem discrimen, scilicet, quod in rebus, quæ functionem recipiunt in genere suo mutuum possit considerare, quod ad usuram desideratur, & non in aliis attendendum non est, cum venduntur, quia non restituendo tantundem in genere suo, sed pecunia pro vino vel tritico datur.

68 Posset tamen distinctio Baldi sustineri quod res fructiferas, si ratione fructuum, quos emptor est precepturus, dum pretium non solvit, carius ad creditum vendantur, quod absque crimine fieri posse videtur, exl. curabit 5. C. de action. empt. de qua D. Covarr. infra lib. 3. c. 4. per totum; licet enim controversum sit, an, data dilatatione ad solvendum pretium, præfata constitutione sit locus? committere placet, posse venditorem de usuris compensatoris pacisci, dum pretium non solvitur, quinvis, si id omittat, agere, ex ea lege non possit, ut videre licet apud D. Covarr.

Faria addit. ad Covarr. Tom. I.

suprà, num. 5. M. z. de contract. tract. de empt. & vendit. it. de substantia lib. empt. num. 30. Fa- chin. controversial. lib. 2. cap. 32. coluna 1. vers. Tertiò, controvertitur, Rodrig. de annuis redditib. lib. 3. quest. 7. num. 78. Felician de censib. lib. 2. cap. 1. num. 38. Gratian. discept. cap. 523. num. 13. Scaccia de commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 8. n. 132. Hermof. in l. 28. glof. 2. ex nu. 45. tit. 5. part. 5. Leotard. num. 14. Unde; quod ultra justum pretium accipitur, non est ob dilatationem solutionis, ex quo usura committitur, sed ob fructuum compensationem; usura autem compensatoria omni jure sunt licite, D. Covarr. nu. 2. in rebus vero sterilibus, titulus hic ad excusationem usurarum non reperitur. De quo videoas Dicastill. super. qui hanc limitationem rejecit, & ab omnibus explodi, testatur.

Ad Num. 8.

Vendor, ut possit agere ad contracti rescissio- 69 nem, ex d. 4. 2. minus, quam, dimidiam partem justi pretii accepturus est, veluti si pro re valente centum, nec quinquaginta sibi præstentur: Emptor vero dicetur ultra dimidiam laetus, cum pro re, quæ viginti aestimatur, aliquid præstat ultra triginta, ut haberit in l. 56. tit. 5. part. 5. & in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Card. Lug. scđt. 6. nu. 79. Molin. disp. 349. n. 2. Petr. Greg. d. c. 24. n. 13. Dicastill. n. 305. cum seqq. Her. not. in d. l. 56. glof. 89. a. n. 39. Eicob. de ratio[n]iis lib. 2. compu. 6. nu. 4. Cevall. q. 569. num. 9. 10. Rebaff. ad leg. Gallie: tom. 2. tract. de rebus contractib. art. univ. glof. 15. a. princip. Guttier. practicar. lib. 2. q. 137 per totam. Anton. Gom. d. c. 2. n. 22. Scacci. d. part. 3. ampliat. 10. num. 6. Franchis decis. 243. num. 2. Barbos. in collectan. ad d. 1. 2. num. cum sequentib. & ita est recordandum; etiam de jure communi, ac Particularum, quamvis l. 16. titul. 11. part. 4. probet, tunc emptorem censeri laetus ultra dimidiam, cum pro re valente decem, viginti & amplius solvit, & ita de jure communi defendant Anton. Faber, de errorib. decad. 8. error. 7. in fine, Fachia. d. lib. 2. cap. 16. Rodrig. supra. quest. 11. num. 18. late Cyriac. tom. 3. controvers. 423. per totam, ubi pro hac, & contraria allegat. De quarum legum conciliacione tractant Anton. Gom. Eicob. Hermof. ubi proxime. Padilla in d. 1. 2. num. 40. Azeved. in d. 1. 1. Recopilat. num. 10. Mexis de taxa pan. conc. 1. n. 4. 1. & int. Tolteri, in respons. ad 6. & 6. part. prima fundamentum, num. 61. in fine, qui d. l. 16. emendat; inter quam, & d. l. 56. manifesta est antonomia.

Et hic animadvertisendum, quod suprà tetigimus, laetionem ultra dimidiam respectu vendoris esse considerandam juxta pretium infinitum; nam cum justum sit; intra illud laetio contingere non potest: quod emptorem vero, ex eadem ratione juxta supradictum. Hinc est, quod, si res valens novem infinito pretio, decem medio, & undecim supremo, veneat per quartior, & dimidiatio, venditur non censetur ultra dimidiam laetus, nec emptor, si pro eadem re sedecim ac dimidium numeravit, Hermof. glof. 8. n. 43. Matienç in d. l. 1. glof. n. 48. Valaf. cons. 44. nn. 3. Molin. Card. Lud. ubi sup. Felician. supra. tom. 2. lib. 1. cap. fin. num. 18. Dicastill. nu. 303. 304. licet Salón. de just. & iur. tom. 2. quest. 79. art. 1. controvers. 17. Scaccia d. ampliat. 10. nu. 40. putent, laetionem à medio pretio tam quoad venditorem, quam quoad emptorem esse computandum, quod probabile videtur.

Pretium justum rei venditæ illud dicitur, quod 71 tempore

tempore contractus valuit, nec si postea acreverit, vel decreverit valor, ad rescissionem contractus profest, l. i. tit. 11. lib. 5. Recopilat. l. 3. §. ultim. ff. de jur. fisc. Canc. variar. part. 1. c. 13. nu. 12. Barbos. in d. collectan. ad l. 2. n. 108. Pet. Greg. d. lib. 2. c. 14. n. 7. Dicastill. n. 302. & disp. 2. n. 105. Molin. disput. 349. nu. 3. Hermos. omnino videndus plures ampliations, ac limitationes adducens in d. l. 56. glos. 5. per totam, ubi DD. refert, quia laesus dici nequit nullus, ubi aequalitas inter acceptum, & datum servatur, & quae postea eveniunt, ad contractum non pertinent, ut eum injustum faciant; cum post perfec-  
tum venditionem utriusque contrahentis consen-  
tu, damnum rei vendita, & commodum ad empro-  
rem spectet. S. Cum autem, Institut. de empt. l. id. quo  
7. ff. de pericul. & comm. rei vendit. l. sicut. periculum.  
12. C. de action. empt. l. 13. tit. 5. part. 5. Molin. disp.  
349. nu. 3. de quo sup. num. 19. quaenam explicat  
Card. Lug. disp. 26. num. 216. 217. afferens, jus-  
tum pretium esse, quod currit cum contrahitur, si  
res statim tradenda sit; sed si in futurum traditio-  
conferatur, habetur ratio pretii, quod tunc currit;  
atque ita constituitur estimatio secundum id, quod  
tempore contractus res cum ea qualitate valeret.

Ad Num. 9.

72. Emptor conventus ex d. l. 2. si justum pretium supplere renuerit, rem cum fructibus omnibus percepitis restituere compellitur, secundum Menchac. supra, lib. 3. q. 71. n. 2. Matienz. in d. l. 1. glos. 5. à num. 7. Joan. Gartia de nobilitat. glos. 6. §. 1. n. 6. & de expens. cap. 23. num. 58. Mozz. supra, tit. quib. casib. empt. annulat. num. 26. Morla d. tit. 9. quest. 21. à num. 2. Berol. in cap. ad. nostram, num. 25. de empt. Ant. Gom. in d. l. 70. Tauri, n. 29. vers. Confirmatur, quia facta, Greg. Lop. in d. l. 56. glos. 8. & alios.

73. Sed contrarium, scilicet; non teneri ad restitu-  
tionem fructuum ante litis contestationem per-  
ceptorum, verius, ac mulcè receptius est; Dicastill. n. 328. Anton. Gom. d. cap. 2. nu. 24. Pinell. in d. l. 2. part. 2. c. 4. n. 1. Agid. in l. ex hoc jure, part. 1. c. 8. nu. 114. cum aliis, ff. de just. & jur. Bonacini. d. q. 2. de empt. punct. 7. num. 9. Azeved. in d. l. 1. Recopilat. n. 25. Scaccia d. ampliat. 10. n. 39. ver.  
Secunda opinio. Covall. q. 536. n. 20. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 36. diffinit. 21. 26. 31. 32. Guttier. praticar. lib. 2. quest. 134. nu. 1. Magon. Florent. decis. 23. n. 8. Mercad. supra, tit. de vender, y com-  
pral al contado, cap. 11. Hermos. in d. l. 56. glos. 8. nu. 3. Molina d. disput 349. n. 12. Card. Lug. d. n. 79. Franchis. decis. 495. nu. 3. Padilla in d. l. 2. n. 50. Gamma decis. 94. n. 2. Jacob. de Laurent. de judice suspecc. cap. 16. num. 93. Caldas Pereira in l. si curatorem babens, verbo, implorare, nu. 13. vers. Contra quam, & in fine, versicul. Sed adver-  
te. Fachina supra, lib. 2. cap. 24. Parlador. rev. quotidiana. lib. 2. cap. ult. 5. §. 16. num. 12. Cremens. in d. l. 2. col. 19. Felician. tom. 2. lib. 1. cap. 13. n. 2. in fine, & nu. 4. Cardos. in prax. ju-  
dic. verbo, fructus, n. 10. Rebell. d. part. 2. lib. 7. quest. 4. num. 9. vers. Contrariam tamen sententiam, Valasc. conf. 161. n. 12. Fontanella de paet. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. part. 5. n. 10. Cancer. part. 1. cap. 15. num. 48. Cened. collectan. 158. num. 4. quod restringunt. Card. Lug. Dicastill. Molin. & aliis ad fructus correspondentes pretio soluto, de qua limitatione dubito.

74. Pro qua omnino tenenda sententia multa fa-  
ciant, quorum nonnulla referre liber. Primum,  
quia cum ea constitutio juris antiqui sit deroga-

toria, ut dictum est *supra*, nu. 16. strictè est acci-  
pienda, nec debet, ultra quod expressum est, am-  
pliari, cum legum correctio, quoad possit, sit fu-  
gienda: *Authent. de administrantibus officiis in fine,*  
*collat. 3. l. sancimus 27. C. ad testament. Bald. &*  
*DD. in l. 3. §. hæc verba, et 2. ff. de negot. gest. Cata-*  
*leval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 5. n. 3. Sed emptor*  
*ante eam constitutionem, rem, & fructus ex vendi-  
tione, in qua interveniebat læsio ultra dimidiata,*  
*retinebat, dixi *sup. n. 16.* ergo cum lex solum pre-  
cipiat rem reddi, nihil de fructibus statuens, quod*  
*eos jus antiquum erit observandum, in cuius*  
*dispositione hoc, tanquam casus omisissus relic-  
tum est, l. præcipimus 32. C. de appellatione, ubi*  
*notatur.*

Nec obstat, quod cum lex jubeat rem reddi, vide-  
tur velle, fructus quoque restituiri, argumento l. vi-  
deamus 38. §. In Fabiana ff. de usur. l. in condemna-  
tione 133. §. 1. de reg. jur. Nam responderetur, ea  
jura loqui, cum Legislator verbo, restituere, utitur,  
quod ex vi propriæ significationis ad fructus exten-  
ditur; quia restitutio est in pristinum statum reposi-  
to, ac si nihil intercessisset, l. quod minor. 24. §.  
Restitutio ff. de minorib. at in d. l. 2. tali verbo Imperatores non utuntur, sed venditorem alloquen-  
tes aiunt: *Fundum venundatum recipias, ut pra-  
notavit Pinellus, ubi proxime.*

Secundum, naturali ratione quidquid ex rebus domino nostro subiectis nascitur, nostrum est, l.  
Idem Pomponius scribit si frumentum 5. §. Idem  
scribit, si equum, ff. de rei vendit. §. Item ea,  
qua ex animalibus §. Si Titius alienam, Inst. de rei  
divis. At emptor, etiam ubi læsio vendoris ultra  
dimidiata intervenit, dominus rei venditare per  
traditionem efficitur, l. dolus 10. ubi DD. C. de  
rescind. vendit. prout supponit D. Covar. in pra-  
fenti, & Pinellus, supra num. 13. & omnes con-  
cedunt. Igitur ad eundem naturaliter fructus de-  
bent pertinere.

Tertium, secundum naturam est commoda cuiuslibet que rei eum sequi, quem incommoda comitantur, l. secundum naturam 10. ff. de reg. jur. cap. qui sentit. 55. eod. tit. in 6. l. 2. §. Sicut ff. de hered. vel ad vend. Sed rei periculum emptor sustinet, ut competitum est; ergo fructus lucrari debet.

Ultimum, aequitas non patitur, ut contrahens simul rei pretio, ac fructibus potiatur, l. curabit. §. C. de action. empti, l. Julianus 14. §. ex vendito, ff. eod. Sed si in casu nostro fructus venditori restituerentur, rescisso venditione, hoc eveniret. Imo major iniquitas sequeretur; si quidem vendor fructuum utilitatem, ac commoditatem pretii eodem tempore habuisset, emptore tunc rei venditare periculum sustinente, ergo justitia non congruit, fructus restitui. Quæ ratio evidenter convincit, saltem eo jure, quo usura sunt veritate, cum non possit emptor interesse pro usu pecuniae à venditore postulare, quod recte D. Covar. advertit. Ex quibus maximè magis communis opinio suadetur.

Nec refragatur, quod D. Covar. pro contra-  
ria considerat: quoniam in d. l. 2. nulla conceditur ex rigore restitutio, sed humanitate suadente, ut ibi dicitur, contractus quasi ex nunc rescinditur, nec beneficium retro vertit oculos; quare consulto in ea decisione verbum, restituere, adjectum non est. Et exemplum, quod de minore afferitur, diversam rationem habet; nam ei jura impen-  
se subveniunt, ne ex lubrico artatis consilio sen-  
tient detrimentum, ideoque restitutio cum fructibus conceditur, d. l. quod si minor, §. Restitutio. In majoribus autem læsi, illa favorabilis causa non

non invenitur. Dissimilis etiam ratio datur in redhibitoria actione, qua competit emptori intra-  
femestre ad rescindendum contractum propter rei  
vendite vitium, quod fuit per venditorem declaratum; pertinetque ad mancipi, vel animalia  
vendita, de qua in l. 1. l. a. lib. ajunt 38. ff. de  
adlit. edit. necnon ad alia, tam mobilia, quam  
immobilia, l. etiam in fundo 49. ff. cod. de qua la-  
te Hermos. in l. 64. & 65. titul. 5. p. 5. Petr. Gre-  
gor. syntagma. lib. 25. cap. 20. 21. In ea agitur  
actione veniunt fructus, quoniam emptor voluntar-  
iæ contractum impugnat, quare nihil ex eo  
debet reineri; ut in similili docent Guttier. d.  
qu. 134. n. 4. Ceval. quæb. 753. num. 45. Her-  
mos. in d. l. 1. 56. glos. 8. nu. 6. focus in spe-  
cie, de qua agimus, cum emptor adversus con-  
tractum ultrò non veniat, sed à venditore vexatus  
magis restituere, quam pretium sup-  
pleri.

78. Magis urgere videtur l. 1. C. si mai. factus alienat, sine decreto rat. habuerit, ubi expressim de-  
ciditur, venditione propter læsionem recisita, emporio teneri ad supplementum pretii, vel ad  
rem cum fructibus restituendam. Pro cuius in-  
tellectu supponendum est, legem illam fuisse la-  
tam à Gordiano Imperatore, qui ante Diocletianum, & Maximianum, d. l. 2. conditores; occu-  
pavat Imperium; atque ita illa decisio ad hanc  
non pertinet, secundum jus antiquum est in in-  
terpretanda, quo, ut dictum est, majoribus læ-  
sis etiam ultra dimidiata, nullum remedium com-  
petebat. Quo cognito, dicendum est, in eo  
textu tractari de restitutio in integrum, quæ  
minoribus datur, quæ cum fructibus est facien-  
da, ut notavimus *suprà*, lib. 1. cap. 3. num. 4. Nec refert, quod læsus major factus alienatio-  
nem raram habuerit, ex quo tanquam minor,  
ad restitucionem admittendus non erat, sed ut  
læsus ultra dimidiata: quoniam, ut Guttier. d. l.  
quest. 134. num. 2. ait, ratihabito illa sustulit  
vitium defectus solemnitatis, quia prædictum sine  
decreto fuerat alienatum; non vitium læsionis,  
quam ratificans ignoravit, nec consensus ad in-  
cognita potuit tendi: l. tres fratres 36. ubi Gloss.  
ff. de paet.

79. Modo superest difficultas, unde provenit, quod  
emptori concedatur electio supplendi pretium,  
aut rem restituendi, quod proprium est. d. l. 2. Et quidem ab alio iure principio dimanat, quo-  
ties enim minor restitutur, non quia sua non in-  
tererat vendere, sed quoniam in pretio fuerat læ-  
sus, minime permittitur rem præcisè avocare ab  
emptore, sed huic electio restituendi rem cum  
fructibus minori, aut pretium supplendi concedi-  
tur: quod observamus cum multis, *suprà*, d. c.  
3. n. 93.

Quod si aliquis replicet, in eo textu nullum  
verbū de restitutio repertū; in d. l. 2. etiam  
colligi posse factum antiquum fuisse, atque ita tem-  
pus ad restitucionem postulandum esse prescriptum,  
intellectum alium eidem constitutione aptabimis  
affert, nullum vitium per ratihabitionem fuisse  
sublatum, cum dolo inductus major ratum habu-  
isset; quare ob defectum solemnitatis alienatio  
nulla permanit, secundum quæ actor poterat ad  
rem agere, ipse tamen precibus supplementum  
justi pretii postulabat, ut patet ibi: Non abs re-  
erit: superfluum pretii in compensationem adduci.  
Quæ verba ad petitionem suplicantis referuntur;  
sed cum nullo jure ad hoc præcisè compelli pos-  
sit emptor, cum olim neque hodie nemo ad pre-  
sumendum necessario teneatur propter læ-  
sus.

Faria addit. ad Covar. Tom. I.

sionem, ideo electio ei datur, ut si velit pretium  
supplet juxta actoris petitionem, alioquin rem cum  
fructibus restitut, ad quod de jure cogi poterat,  
cum contractus fuisset nullus, in quo defuit decre-  
tum judiciale.

Et licet videatur, audiendus non esse actor pe-  
tens pretium suppleri ex contractu nullo, cum ac-  
tionem non habeat, sine qua in judicio nullus ad-  
mittitur, diximus, *suprà* lib. 1. cap. 6. n. 6. Certum  
est, potuisse ex vendito agere, suo consensu reddens  
contractum validum; nam cum nullitas actus favo-  
re aliquis inducta est, ipso volente, validatur: Ant.  
Gom. d. l. 2. cap. 2. n. 21. in fine, probavimus *suprà*,  
d. l. 1. c. 20. n. 17. cuinque nullitas alienatio-  
nis rerum immobilium minoris absque decreto ejus-  
dem favorem recipiat, l. 1. & per tot. ff. de reb.  
eorum, poterit ipse, ejusvè successor alienationem  
nullam validare, quare quasi ex contractu valido,  
in d. l. 1. actor petebat, sibi pretium justum sup-  
pleri. De alis intellectibus ad eam constitutionem  
agit Guttier. d. l. quest. 134. n. 2.

Licet autem, ut hucunque ostendimus, emptor non 80  
tenetur ad fructuum restitucionem, si rem elegit  
læso reddere; aliud dicendum est, cum emptor ipse,  
se deceptum ultra dimidiata dicens, ad contractus  
agit rescissionem: nam si venditor voluerit acci-  
perre, & pretium reddere, fructus quoque cum re resti-  
tui debet; nam cum ipse emptor contractum impu-  
gnaret sponte, omni commode privandus erit,  
Guttier. *suprà*, n. 4. Ceval. ubi proxime, August.  
Barbos. in collectan. ad d. l. 2. n. 86. Franchis. decis.  
495. n. 6. Panell. part. 2. c. 4. n. 28. Panormitan. in  
cap. illo vos, n. 6. de pignorib. Burg. de Paz in cap.  
ad nostram, n. 26. de empt. & vend. Hermos. latè,  
d. glos. 8. n. 6. ubi limitations, & ampliations  
tradit, contra quos tenet Dicastill. n. 325.

Ad Num. 10.

Præmittendum est, ex d. l. 2. non officium Judi-  
cicis, ut volunt aliqui; sed actionem personalem com-  
petere, Anton. Gom. d. c. 2. n. 22. vers. Item adde  
quod remedium Barr. in d. l. 2. q. 1. Pet. Greg. d. c.  
24. n. 7. Parlador. different. 114. n. 3. Hermos.  
cum aliis, in d. l. 1. 56. glos. 7. n. 38. Ceval. d. q. 536.  
n. 13. Balb. de prescript. part. 4. pars quarta principi-  
alis, n. 26. Quæ regulariter in tertium possessorum  
non datur, l. fin. §. fin. ff. de contrab. empt. Pinell. in d.  
l. 2. part. 2. cap. 1. n. 30. Hermos. alias referens,  
ubi proxime, & diximus *suprà*, lib. 1. c. 8. n. 3.

Hacten tamen iuri regulæ fallit aliquando in casu  
d. l. 2. Primo, si à primo emptore tertius possessor  
rem, circa quam læsio intercessit, titulo lucrative  
comparaverit; nam tunc eo remedio adversus ipsum  
poterit experiri: Padilla, ibi, n. 9. vers. Sed contra Ter-  
tium, Pereira de Castro, decis. 15. n. 2. vers. Non ob-  
stat, Hermos. ubi proxime, n. 45. Felician. *suprà*, tom. 2.  
lib. 2. c. 1. in fine, Ceval. q. 443. n. 6. Gamma decis.  
21. n. 1. August. Barbos. in d. collectan. ad d. l. 2. n. 536.  
Matienz. in d. l. 1. glos. 8. n. 24. Dicastill. n. 309. Molin.  
disp. 349. n. 4. quicquid sentient Pinell. *suprà*, n. 32.  
Fachin. d. lib. 2. c. 18. in principio.

Secundo fallit, cum tertius possessor rem in iusto  
pretio emi à primo emptore, cum eadem scilicet  
læsione ultra dimidiata; Felician. *suprà* n. 5. ad fi-  
num, Cacheran. decis. 65. n. 9. Arimin. Tepa. variar.  
sentent. tom. 2. tit. 403. cap. vers. Remedium. Pinell.  
n. 31. Ceval. *suprà*: Tiraquell. in l. si unquam  
verbo, revertatur, nu. 329. C. de revocand. dam-  
nationib. Matienz. *suprà*, Franchis. decis. 66. n. 6.  
Hermos. n. 44. Giurba decis. 150. nu. 16. Aug.  
Barbos. nu. 134. Alii casus proponentur, paulo  
R. 2. inf-